

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Desponsatione Impvbervm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

MVLTV M refert recte intelligere sermonem uersti iuris. Veritas nominat sponsalia tantum eas promissiones, in quibus sunt pacta de futuro coniugio, & quae nequaquam sunt initium praesentis coniugij, ut inter Octauium adolescentem, & Seruiliam adhuc parvulam, sunt sponsalia. Ibi tantum hoc agitur, ut aliquanto post per verba de praesenti coniugium constituantur. D e his sponsalibus inquiunt uerstae leges, uoluntate partium dissolui posse sponsalia, ut Octauius non duxit Seruiliam. Hic obseruandum est, quomodo ueritas locuta sit. Recentior etas fixit ambiguitatem: nominat alia sponsalia de futuro, alia de praesenti, cum contractus, in quo per verba de praesenti seu categorice promittitur coniugium, sit iam uere initium coniugij praesentis.

P R U D E N T E R autem considerandum est, ubi sint sponsalia de futuro, nec id ex cauillatione uerborum iudicetur, sed ex multis circumstantijs, an tunc uoluerint partes aliquid constituere, quod postea non possit mutari propter grauem causam, cuius tunc fortassis ratio habita est.

S V N T autem sponsalia de futuro, promissiones omnes, quibus addita est conditio honesta, cuius ratio in iudicando habenda est, ut, Ducam te, si parentes alienerint. Tales promissiones irritas esse, si conditioni non fuerit satisfactum, supra dictum est.

S V N T & sponsalia de futuro, quando nomine impuberum fit promissio a parentibus, uel tutoribus, de coniugio contrahendo inter hos impuberis, uel cum etas erit idonea, aut cum ipsis impuberis, uel altera persona, cuius etas nondum est idonea, coniugium futurum promittit.

H A C sponsalia dissolui posse, cum deinde uoluntas puberum non accidit, certum est. Nec cogenda est persona repugnans que se non obligauit ipsa postea, cum etas iam matura esset coniugio, & suo iudicio statuere posset.

V T autem homines alijs multis rebus bonis abutuntur, ita & coniugij umbra s<sup>e</sup>p<sup>t</sup> stultis aut malis cupiditatibus praetexitur. S<sup>e</sup>p<sup>t</sup> propter pecuniam, aut præsidia sunt pacta de impuberum coniugij, cum in hoc tanto sedere perpetua coniunctionis honestum iudicium, & mutua benevolentia horum ipsorum, qui iunguntur, requiri & valere debeant, nec deceat corpora natorum uenalia esse, propter pecuniam, aut alia *πλοκεντια*. Et punit Deus hanc ordinis depravationem penit manifestis. Quare parentes honesti, considerantes ordinem diuinum, saluti filiorum & filiarum recte consulant, nec cogant filios aut filias contra natura inclinationem ad coniugia, a quibus abhorrent, eaque in re moucantur his maximis causis: Vbi non est mutuus amor coniugum, ibi discordia fauiciat mentes, impedit in-

Ee uoca-

uocationem Dei, turbat totam domesticam consuetudinem, & per multa peccata. Interdum & cum uoluntate distracte sunt, sequuntur adulteria & p̄cētā, in quibus multi ruunt in noua scelera, & intrigicas calamitates. Hęc infinita mala pr̄cipue parentes, qui ea aliquo modo intelligere possunt, considerent & metuant, & ne recidant filiis & filiabus, Deum ardentibus uotis precentur. Deinde ipsi caueant, ne stultis aut impījs consilijs ea accersant. Is multis deliberationibus nimis magna negligētia & futilitas est parentum de coniugij suorum. Vnde postea & tristis imā calamitatis sequuntur, & familię fiunt non Ecclesię Dei, quod esse debeant, sed diabolorum iusta, & multi miseri homines in illis calamitatibus ruunt in indignationem aduersus Deum, in desperationem, & in aeternum extin-

Oro autem Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani, & custodem honeste societatis, n̄ ipse nos gubernet, & faciat, ut nostra coniugia & familię nostrā uere domestica Ecclesia, ipsum recte inuocantes, & ciobtemperantes, in tuendo ordine quem instituit, nec sinat domesticis discordiis impediri inuocationem, & alia officia necessaria, Amen.

DE OFFICIO MAGISTRA  
TVS IN TVENDIS LEGI  
BVS CONIVGII.

CERTISSIMUM est, salutarem gubernationem Dei op̄esse. Ac manifestum est, diuinitus institutum esse hunc ordinem in genere humano, ut pr̄sint Magistratus multitudini. Et his Deus propriū officia quatuor attribuit. 1. Primum est, ut Magistratus retinet uocem legis diuinā in tuenda disciplina, quia prima & immota norma uiræ esse debet lex diuina. 1. Secundum, ut fit uigil custos diuinæ legis, ac seueritate pœnarum coērcent & puniant contumaces, & defendant obedientes. Hunc ordinem ita sanxit Deus. Et manifestum est leges contemni, ubi nulla sunt pœnarum exempla. Sic uere laudat dictum Aeschinis Demosthenes: δόν ιψες ἀνθρώποι τὸν εἰχόντα νέαν κατά αδικίαν. 111. Terrium officium est, Magistrus addere potest alias leges diuinis, nequaquam tamē differentes à diuinis, sed quæ sint adminicula, ut diuinæ maiore cura seueratur. 1111. Quartum, ut & has leges seueritate pœnarum inserviantur. Hęc officia Magistratus & in coniugij defensione considerent. Sciant seuerissimis mandatis Dei pr̄cipi, et leges coniugiorum conseruent, & puniant adulteria, uagas & incestuas libidines, & tollant ē medio illa dira portenta, quæ & iram Dei iracunt, & polluant genus humanum tēris libidinum confusionibus: quia ceterum